quemadmodum D. Jonas cariss. frater n̄r
diligenter adnotauit, Et ego qui interim igno-
rabam quid ageretur, vocatus circa sextam
horam vespertinam in lecto inuenj clarijs
verbis, nunc latine, nunc germanice, nunc
Deum patrem, nunc Christum Dñm inuocan
tem, maxime vero commendabat ministerium + Deo
Sacri Euangelij, hactenus sibi commissum.
Indignus ego (inquit) fuj, qui sanguinem meum
vt multi ex fratrib. meis Euangelij confesso
rib. pro Christo funderem. Sed iste honor etiā
negatus fuit dilecto Christi discipulo, Joannj
Euangelistae. qui tamen multo peiorem librū
contra Papatum scripsit q. ego vnquam scri
bere potuj (His .n. verbis loquebatur) At ego
cum stupidus astarem, et animi anxietate
tandem sic compello virum; Mi Doctor ora
quoq. vt manere tibi liceat propter nos
miseros, et multos alios, Respondit. Mihi
morj lucrum est. Sed manere in carne propter
multos necessarium. Dixit Dñus &c: Et con
versus ad Jonam et ad me dixit. Quando enim
hostes gaudent mendacijs, dicunt me, meam doctrinā
in mortis hora reuocasse. Vos ergo testes volo